

tali casu non deberet, malevolis lata aperiretur porta, quilibet censuras contemneret; cum dicere possent, se coram Deo esse innocentes, quamvis in foro externo per allegata, & probata nocentes sint.

§. II. Ignorantia incapabilis.

35 I. ET invincibilis antecedens quæcumque, sive juris, sive facti, excusat ab incurrenda censura. Est communis Doctrina sumpta ex cap. 2. de constit. in 6. Ut animarum periculis obviatur, sententiis per statuta quorumcumque Ordinariorum prolatis, ligari volumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non sit, aut supina. Ratio est: quia ignorantia invincibilis excusat à culpa, utpote tollens omne voluntarium respectu illius, quod ignoratur: ergo etiam à censura, quæ necessarîo supponit culpam. Item extendendum est ad actuale inconsiderationem, & inadvertentiam: quia hæc æquiparatur ignorantia; ut advertit Suarez disp. 4. sect. 8. num. 11. Layman lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 5. num. 7. & pro eadem militat eadem ratio.

36 II. Similiter ignorantia invincibilis concomitans, tam juris, quam facti excusat ab incurrenda censura. V. gr. Rusticus Clericum cædens, si nesciat esse Clericum, excommunicationem non incurrit, quamvis ita animo comparatus sit, ut, tamen sciret, nihilominus cæderet: vel etiam si dicat: utinam hic esset Clericus! vel facta perversione, sibi de ea plurimum complacet: vel ignorans (nimirum per concomitantem ignorantiam juris) excommunicationem dicat: occiderem hunc Clericum meum inimicum, etsi pro hoc delicto lata esset excommunicatio. Ita apud Layman cit. docent Vasquez, Henriquez, Sanchez, & Suarez contra Covarruviam, Grassis, & Ugoinum. Ratio est: quia actio; quæ fit cum ignorantia concomitante, est involuntaria, cum per talem ignorantiam æquæ, ac per antecedentem, excludatur cognitio objecti, circa quod actio externa versatur: ergo non est peccaminosa, nec consequenter censura punibilis. Confirmatur: Excommunicatio contra percussores Clericorum fertur non propter internam pravam operantis dispositionem, sive actualem, sive habitualem, sed propter externam Ecclesiasticam mandati contumacem transgressionem: qui vero actualiter ignorat opus, quod operatur, Ecclesiastica lege sub censura prohibitu esse, is contra Ecclesiæ legem nihil delinquit, ideoque nec actualiter contumax est, quamvis interno actu delinquat, eum tamen Ecclesia non punit. Si tamen quis tali intentione actionem occisivam exerceret: volo occidere illum hominem, sive sit Clericus, sive sit Laicus, occiso Clerico foret excommunicatus, etsi ante occisionem nesciret inculpabiliter, à se occidendum esse Clericum. Ratio disparitatis est: quia nesciret, à se occidendum esse Clericum, id est, non diffidit quidem hoc cognosceret, attamen confusè: Quia ratione etiam reus foret adulterii, qui carnaliter commiseretur cum aliqua, sive sit soluta, sive ligata. Ex his inferitur ulterius.

37 III. Quodsi etiam aliquis sciat, opus prohibitum esse jure Divino, & naturali, ignoraret tamen invincibiliter, esse etiam prohibitum jure Ecclesiastico, non incurrit censuram: cum non sit inobediens Ecclesiæ. Imò tamen si aliquis sciat, opus prohibitum esse etiam lege Ecclesiastica, si tamen inculpabiliter ignoret annexam illi censuram, eam non incurrit. Ita Sylvest. verb. excommunic. 10. quest. 3. Navarrus, Sanchez, Suarez, Layman cit. num. 8. contra Cordubam, Covarruviam, &c. Ratio est: quia censura est pœna medicinalis, inflicta ad frangendam contumaciam delinquentis, & ordinata ad ejus emendationem; sed invincibiliter ignorans annexam censuram, non est contumax contra potestatem Ecclesiæ coercitivam: ergo. Similis ratio non reperitur in aliis pœnis, quæ non tam ad correctionem delinquentis, quam vindictam criminis infliguntur, & consequenter etiam incurrunt ad transgressores nescientibus eas legibus annexas, ut notavit Layman citat.

38 IV. Ignorantia vincibilis, excusans à culpa gravi, etiam excusat à gravi censura; siquidem censura gravis supponit culpam gravem, ut supra dictum. Si autem ignorantia sit mortaliter culpabilis, à censura non excusat, saltem quando Legislator aliquid prohibens, vel præcipiens sub censura loquitur simpliciter, & absolute. Ratio est: quia cap. 2. de constit. in 6. Bonifacius VIII. Ita determinat: Ut animarum periculis obviatur, sententiis per statuta quorumcumque Ordinariorum prolatis, ligari volumus ignorantes: dummodo tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina. Ex quibus sic arguitur: nulla ignorantia crassa, aut supina excusat à censura; sed omnis ignorantia mortaliter culpabilis est ignorantia crassa, vel supina, vel tandem af-

fectata: ergo &c. Si ignorantia sit affectata, passim admittitur, quod non excuset à censura; cum æquipollet scientiæ. Probatur Minor. Omnis ignorantia mortaliter culpabilis, quæ indirecte solum est voluntaria, nascitur ex duplici capite, nimirum, vel ex pura negligentia, & desidia, vel ex nimia, & superflua occupatione circa alia negotia, quibus homo abstrahitur ab addiscendis, & cognoscendis aliis, quæ deberet scire, sed si nascitur ex primo capite, est ignorantia mortaliter culpabilis est crassa, vel supina, consequenter non excusans à censura.

39 Dicitur est: Saltem quando Legislator simpliciter, & absolute loquitur, puta, hoc, vel simili modo: qui furtum ex loco sacro commiserit, sit ipso facto excommunicatus. Si vero censura lata sit contra eos, qui scienter, consulto, assensu temerario, præsumptione, quippiam peccaverint, tunc juxta communem sententiam Doctorum apud Sanchez, & P. Patrimum Sporer tract. 1. Proem. cap. 2. sect. 4. n. 38 à censura incurrenda excusat ignorantia crassa, vel supina, non tamen affectata; eo quod hæc æquiparetur scientiæ. Tamen probabile, & tutum est, etiam ignorantiam affectatam in tali casu excusare à censura incurrenda, dummodo non sit cum ingenti temeritate conjuncta, ut cum Sanchez, Bonacina, Castro-Palao, Tamburino docet P. Sporer tract. 2. in 1. Præceptum Decalogi cap. 3. sect. 4. num. 42. quem vide. Dum enim ignorantia affectata solum æquiparari scientiæ; id solum debet intelligi quoad culpam, & alias pœnas incurrendas; non vero quoad censuras, in quibus Legislator scientiam formalem, & similem contumaciam requirit.

§. III. Metus gravis injustè incussus

I. AD extorquendum actum, per se loquendo, semper excusat à censura incurrenda. Ita Layman cit. num. 9. Suarez, Navarrus, Coninch, Palaus, Reiffenschuel, aliique communiter contra Durandum, & Cajetanum. Ratio est: quia si actus, qui tali metu agitur, solum sit prohibitus jure Ecclesiastico sub censura, operans nequit incurtere censuram, quia non peccat; cum præceptum Ecclesiasticum tanto cum discrimine non obliget. Imò etsi actus, qui metu agitur, foret prohibitus jure Divino, & naturali, eique ab Ecclesia esset annexa censura, operans ex gravi metu licet graviter delinqueret, censuram tamen non incurreret; quia non peccat contra jus Ecclesiasticum: ergo nec puniendus est pœna jure Ecclesiastico statuta, maxime censura, quæ contumaciam contra Ecclesiæ potestatem requirit. Hinc si adactus metu gravi occidas Clericum, non incurris excommunicationem, &c.

II. Dices: Cap. Sacris, de his, que vi, metusve causa sunt, dicitur: Licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurere, excommunicationis labe creditur inquinari. Resp. Textum intelligendum esse, vel de metu levi, vel de gravi, sed non excusante à peccato contra præceptum Ecclesiæ; veluti eveniret in casu, quo metus foret incusus in contemptum Religionis, aut potestatis Ecclesiasticæ. Ea propter

III. Dicitur est: Metus gravis per se loquendo semper excusat ab incurrenda censura: quia nemini dubium est, præceptum Ecclesiasticum, quandoque obligare etiam cum metus, alteriusve mali de se gravis subeundi discrimine, & per consequens, si annexam habeat censuram, transgressor ab ea immunis non erit. Unde Coninch. num. 102. hic sequentem statuit conclusionem: Quoties metus non excusat à peccato contra Præceptum Ecclesiæ, aut quia ille levis est, aut quia hoc obligat etiam in gravi periculo, non excusat à censura. Idem docet Layman cit. num. 9. Quando autem præceptum Ecclesiæ obliget, etiam non obstante periculo mortis, vel alterius gravis damni, diximus supra cap. 1. de Legibus, sect. 3. quest. 2. num. 214. & seqq.

IV. Dicitur est etiam: Metus gravis injustè incussus, si namque metus foret justè incussus, puta, ratione proprii delicti, excusatio à censura locum non habebit. Hinc si quispiam malefacto foret ad diuturnos carceres justè condemnatus, & Juxta eisdem mandaret aliquid sub censura, si pœnam carceris velit evadere: ubi si malefactor conditionem acceptet, & nihilominus mandatum fraudulenter circumveniat, censuram non effugiet, juxta communem DD. Vide plura apud P. Sporer tract. 1. Proem. cap. 2. sect. 4. num. 52.

§. IV. Impotentia faciendi

§. I. Censura tolli debet per absolutionem.

44 P. quod sub censura præcipitur, sive physica, sive moralis tantum, excusat ab incurrenda censura. Ita communis cum Bonacina, Navarro, Suarez, Filiucio, Coninch, Avila, & aliis apud Mastrium Theolog. Moral. disp. 13. quest. 1. art. 4. num. 27. Ratio est: Tum quia ad impossibile nemo tenetur, Leg. Impossibile, ff. de regulis Jur. Tum quia Ecclesiæ præcepta benigne sunt accipienda; Nec credibile est. illam cum tanto rigore obligare velle. Tum tandem, quia impotentia faciendi id, quod præcipitur, sive physica, sive moralis tantum, excusat à peccato, & contumacia: ergo excusat etiam ab incurrenda censura; cum censura non nisi ob peccatum, & contumaciam incurratur. Hinc est, quod ille, qui non restituit ob impotentiam, etiam moralem non afficitur excommunicatione, si quæ lata foret contra detentores rei alienæ. Si Juxta certum terminum assignet debitori, intra quem sub pœna excommunicationis fit præstantia solutio; debitor autem initio temporis assignati solvere poterat, prævidens fore, ut reliquo tempore fiat impotens ad solvendum; verius est, debitorem non solventem ad initium assignati termini, contrahere excommunicationem; quippe, qui tenetur ad observandum quoddam præceptum intra certum tempus, si prævideat subsecuturum impedimentum, obligatur anticipatè præstare opus; alioquin omisso ad culpam imputabitur; quod solet communiter exemplificari de eo, qui obligatur die festo audire sacram, potestque illud audire summo mane; at prævidet reliquo diei spatio superventurum inevitabile impedimentum: ergo etiam in nostro casu, cum omittens solutiones verè peccet, liber non erit ab excommunicatione; nisi fortè ante terminum elapsam retractare culpam.

QUESTIO IV.

De absolutione à censuris.

SUMMARIUM.

- 46 Absolutio à censura est multiplex.
47 Censura tolli debet per absolutionem.
48 Absolutio à censura potest dari, etiam sub conditione de futuro, & quandoque licite.
49 An indigeat absolutione, qui est excommunicatus donec restituat, præstita restitutione?
50 A censura ab homine specialiter lata potest absolvere auctor illius.
51 Exceptis quibusdam casibus;
52 Item Successor, Superior, & delegatus auctoris?
53 Quis possit absolvere à censura generaliter ab homine lata?
54 Et quis à censura juris reservata?
55 Et non reservata?
56 Quis in foro interno, & externo?
57 Casus notabiles.
58 Forma absolventi à censuris.
59 An à censuris possit absolvi absens?
60 Ex parte absolventi à censura requiruntur tres conditiones.
61 Similiter ex parte absolventis requiruntur tres conditiones.
62 Absolvere à censuris in statu disgratiæ non est peccatum.

ASSERTIO IV.

45 P. Per absolutionem debet tolli censura, à qua ab homine specialiter, seu per sententiam specialem lata potest absolvi auctor illius, Successor, Superior, Delegatus, & nullus alius; si vero sit lata ab homine generaliter, seu per sententiam generalem, seu per modum statuti, ab eadem omnes illi absolvi possunt, qui possunt absolvi à censura per jus lata; à censura autem juris reservata regulariter absolvi solum potest is, cui est reservata, ejus in Officio Successor, vel in ordinaria jurisdictione Superior, aut ab eis ad hoc delegatus: Si vero non fuerit reservata, ab ea potest absolvi omnis ille, qui habet jurisdictionem Episcopalem, aut quasi talem, imò etiam Parochus, aliusque Sacerdos potens absolvi à peccatis mortalibus. Absolutio tamen à censuris debet exprimi signo externo, & sensibili interne voluntatis absolventis sufficienter expressivo. Communissima Doctorum.

46 N. Notandum, absolutionem à censura aliam esse absolutam, quæ datur nulla addita conditione; aliam Conditionalitam, quæ confertur sub aliqua conditione, vel de re præterita, v. g. si satisfecisti, vel de præsentia, v. g. si paratus es ad satisfaciendum: vel de futura, v. g. si intra mensem restituieris. Sola absolutio data sub conditione de re futura suspendit absolutionis effectum usque ad adventum conditionis, qua proinde posita transit in absolutam. Rursus alia est absolutio ad Causelam, alia ad Reincidentiam. Prima datur illi, de quo certum non constat, an sit ligatus censura, ut si fortè esset, à censura liber evaderet. Vocatur hæc absolutio ad Causelam, quia per eam absolvens intendit cavere damnum, quod ex censura ignota, censurato præteritam, obvenire posset, ideoque solet præmitti absolutioni Sacramentali; & talis est absolutio à censuris, quam Confessarii quotidie præmittunt absolutioni à peccatis. Absolutio ad Reincidentiam datur pro determinato tempore, quatenus illo elapso, quis incidit in eandem censuram de novo, si novam commiserit culpam, v. g. Si parti læsæ non satisfecit. Ubi notat Layman lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 7. num. 8. cum aliis citatis, quod si propriè loquendum sit, censura illa, in quam quis incidit, non sit eadem numero cum illa, quæ per veram absolutionem prius sublata fuit; eam eadem res semel destructa, naturaliter eadem numero non redeat, ut ex Philosophia notum est: sed est numero diversa à præcedenti, & ideo etiam novum contumaciæ peccatum requirit. Quare si absolutus ad reincidentiam à censura, parti læsæ v. g. hæctenus non satisfecit, sine sua culpa, quia non potuit, in censuram non incidit, ut etiam notavit Avila, & Henriquez apud Layman cit. Hoc etiam est ad vendendum, absolutionem ad Reincidentiam differre ab absolutione sub conditione; quia hæc non fortitur effectum, nisi purificata conditione: illa autem mox habet effectum, tollitque censuram, quamprimum datur, & accipitur. Hoc notato

47 II. Censura tolli debet per absolutionem. Communis apud Layman cit. num. 1. Ratio sumitur ex ipsa ratione censuræ, quæ est ligamen, & vinculum, quod non tollitur, nisi solvatur. Et hoc passim in Jure Canonico significatur, dum ibi sermo est de ablatione censurarum. Ex quo inferitur. I. Censuram non tolli per hoc, quod censuratus desinat esse sub potestate censurantis, ut si is moriatur. vel deponatur, vel censura ligatus domicilium mutet. Nam esto censura in fieri dependeat à jurisdictione infligentis, non tamen in conservari, seu facta esse: quia se non habet instar præcepti, quod morte præcipientis expirat, sed ut pœna iniuncta ob præcepti transgressionem, quæ per legitimam Judicis sententiam inflicta, transit in rem judicatam, adeoque quæ manebit jure sic disponente, quousque per absolutionem tollatur. II. Censuram non tolli per emendationem censurati, quia sicut ad censuram infligendam non sufficit solum peccatum, sed opus est auctoritate Judicis, vel juris infligentis, ita eadem opus est ad censuram tollendam; quod etiam determinavit Alexander VIII. sequentem propositionem, ordine 44. damnans: quoad forum conscientia, res correctio, ejusque contumacia cessante, cessant censura: Idque rationalissimè, quia aliàs facile perverſi contemnerent censuras, præterdentes, se jam fuisse ad Deum conversos, & media contritione perfecta, in ejus gratia constitutos. III. Reum censuram ligatum teneat absolutionem petere, quamprimum potest; secus enim privaret se ex propria culpa perceptione Sacerdotum, aliisque bonis spiritalibus: conferret etiam contemnere Ecclesiæ potestatem, velletque lubeas ab Ecclesiæ gremio exulare; & ideo si talis mora foret notabilis, culpa gravi non vacaret. Imò juxta Concil. Trident. sess. 23. cap. 3. de reform. censuris ligatus, si illis per annum inforduerit, habetur suspectus de hæresi, potestque citari, ut de fide responsurus compareat.

48 III. Absolutio à censura potest etiam dari validè sub conditione de futuro. Ita Palaus d. 1. p. 11. §. 2. num. 2. Dicastillus, Erimer apud La Croix lib. 7. num. 157. licet validè non possit dari absolutio Sacramentalis sub conditione de futuro. Ratio est: quia Sacramentum penitentia si influitur Christum, ut nolverit ejus effectum suscipi per intentionem ministri, sed voluerit tunc valere, quando profertur forma super debitam materiam: censura autem, ejusque absolutio pendet à voluntate humana; ergo qualis erit voluntas absolventis, talis erit absolutio, & consequenter si absolvens velit, ut tunc tantum valeat, quando posita erit conditio, sic, & non aliter valebit. Dicitur est: Validè; Regulariter enim absolutio à censuris licite non confertur sub conditione de futuro: quia non congruit, ut reus constitatur Juxta sub dicta absolutionis; sed ita ferret, quando absolutio daretur sub dicta condi-

conditio: quia relinqueretur iudicio rei, an velit conditionem de futuro implere, nec ne; item an sufficienter impleverit conditionem, ut possit dici absolutus, nec ne: ergo &c. Si tamen subesset causa rationabilis sic absolventi censura ligatum, talis absolutio erit etiam licita; cum hic absolventi modus, nec sit intrinsece malus, nec iure prohibitus. Exinde

IV. Sequitur, si in aliquem sequens feratur censura: Excommunico te, quousque restituas, præstita restitutione, desinere esse excommunicatum sine nova absoluteione; huiusmodi quippe formula non tantum continet censuram excommunicationis, sed etiam implicitam absoluteionem, cum faciat hunc sensum: Excommunico te propter furtum, quia hoc modo resarcire renuis; si autem mentem mutaveris, & restituas, sis denuo absolutus. Cujus ratio est: quia illa verba: & habetur cap. pastoralis, §. præterea de offic. Ordinarium. Et Ratio est axioma Theologorum, & Canonitarum, quod ejus est solvere, cuius est ligare, & quod omnes res per quasunque causas nascitur, per easdem dissolvitur cap. 1. de reg. jur. Sed censura fit, & nascitur per ejus auctorem, ergo etiam per eundem dissolvi potest. Atque hoc adeo verum est, ut tamen censuratus mutet domicilium, adhuc ab auctore censuræ sit absolventus, cap. propulsisti de foro comper. Idem est, si reus interposuisset appellacionem: quia per hanc iudicis iurisdictione non suspenditur, quoad ea, quæ appellacioni non obstant: sed absolutio à censura potius juvat appellacionem, cum illa per hanc intendatur: ergo, &c. Hoc tamen intelligendum est de iudice Ordinario, qui ratione interpositæ, & admittæ appellacionis non desinit esse iudex, adeoque appellacionem absolvi poterit: secus de iudice delegato, qui quidem ante admittam appellacionem potest reum absolvi, quia adhuc est iudex in illis, quæ appellacioni non obstant: non tamen appellacione admittæ, quia eo ipso iurisdictione privatur, cap. cum Appellatione. De Appell. in 6.

§. II. Absolutio censuræ ab homine lata.

I. Absolutio ab homine specialiter, per sententiam specialiter lata potest absolvi auctor illius. Ita Doctor noster Seraphicus in 4. dist. 18. art. 4. quæst. 6. Doctor Subtilis noster 5. dist. 25. quæst. 1. & ceteri Theologi, & Canonici omnes apud Magistrum, Theolog. Moral. d. sp. 13. quæst. 2. art. 5. num. 75. & habetur cap. pastoralis, §. præterea de offic. Ordinarium. Et Ratio est axioma Theologorum, & Canonitarum, quod ejus est solvere, cuius est ligare, & quod omnes res per quasunque causas nascitur, per easdem dissolvitur cap. 1. de reg. jur. Sed censura fit, & nascitur per ejus auctorem, ergo etiam per eundem dissolvi potest. Atque hoc adeo verum est, ut tamen censuratus mutet domicilium, adhuc ab auctore censuræ sit absolventus, cap. propulsisti de foro comper. Idem est, si reus interposuisset appellacionem: quia per hanc iudicis iurisdictione non suspenditur, quoad ea, quæ appellacioni non obstant: sed absolutio à censura potius juvat appellacionem, cum illa per hanc intendatur: ergo, &c. Hoc tamen intelligendum est de iudice Ordinario, qui ratione interpositæ, & admittæ appellacionis non desinit esse iudex, adeoque appellacionem absolvi poterit: secus de iudice delegato, qui quidem ante admittam appellacionem potest reum absolvi, quia adhuc est iudex in illis, quæ appellacioni non obstant: non tamen appellacione admittæ, quia eo ipso iurisdictione privatur, cap. cum Appellatione. De Appell. in 6.

II. Cæterum, dum diximus, Auctorem censuræ posse ab ea absolvi, id limitandum est, nisi ei fuerit specialiter interdictum. Casus varii recensentur in Jure Canonico: Primus extat cap. grave, de præbend. ubi à Concilio Provinciali jubentur suspendi, qui post secundam monitionem non emendati Ecclesiastica beneficia indignis conferunt: à qua suspensione solus Pontifex, vel unus ex quatuor præcipuis Patriarchis absolvi potest, secundus colligitur ex cap. querenti, de Offic. Jud. deleg. ubi delegato Sedis Apostolicæ interdicatur absolvi à se excommunicatum, qui sententiæ definitivæ parere contempserit, & jam ultra annum in illa excommunicatione persistisset; secus, ante annum, vel definitivam sententiam. Tertius traditur cap. tua nos, de sentent. excomm. ubi incendiarius ab Ordinario excommunicatus, & ut talis denunciatus dicitur remittendus ad Sedem Apostolicam pro absoluteionis beneficio. Quartus indicatur cap. si celebrat. de Clerico excomm. cap. duobus, de sentent. excomm. cap. 3. de supplenda negligentia Prælatorum, & est, quod quoties excommunicans in excommunicationem denunciata incidit, vel ob delictum depositus, vel aliter iurisdictione privatus est, nequeat à se excommunicatus absolvi: quia absolutio est actus iurisdictionis. Quintus indicatur cap. ex frequentibus, de Instit. Si Pontifex ex certa scientia censuram ab Ordinario latam confirmet: hoc ipso absoluteionem sibi reservat, quia hac confirmatione sententiam Ordinarii, suam esse facit, ex cap. 2. de Confirmat. utili, vel inutili, & cap. si Apostolica, de præbend. in 6. Ita limitant, & observant varii DD. apud Palaum dist. 1. punct. 11. §. 4.

III. Ulterius à censura, ab homine specialiter, seu per sententiam specialem lata, potest absolvi. I. Successor eventis illam: quia hic in munere, & dignitate censetur fadem Persona cum prædecessore, quod verum est, tamen si et solum successor ad tempus, & ideo Capitulum, sede faciente, medio Vicario à se electo, absolvi poterit ex-

communicatos ab Episcopo cap. si Episcopus, de supplenda negligentia Prælat. in 6. & cap. unic. de majorit. & obed. in 6. Procedit etiam de successione iudicis delegati, veluti deciditur cap. pastoralis, de Offic. Jud. Ord. 11. Superior ferentis censuram, si pleno iure sit Superior, veluti est Pontifex respectu Ordinariarum, Generalis respectu Provincialium, Provincialis respectu Superiorum Localium, Episcopus respectu sui Vicarii, delegans respectu delegati, tales, si absolvant à censura supradicta, iure proprio utuntur, adeoque nullam inferiori injuriam irrogant, consequenter valide, & licite absolvent. Si vero alter non pleno iure sit Superior ferentis censuram, sed tantum in certis casibus, veluti est Archi-Episcopus comparatione Suffraganeorum, &c. talis solum in certis casibus absolvi potest à censuris inferiorum, quos ipsi noverint. III. Delegatus à ferente censuram, Ratio est: quia sicut iurisdictione ordinaria ligandi est delegabilis, ita etiam iurisdictione ordinaria absolventi à censuris est delegabilis: adeoque delegatus à ferente censuram poterit ex huius delegatione absolvi à censura ab ipso lata. IV. Et nullus alius. Ratio est: quia nulli alteri reperitur concessa huius vinculi absoluteio, & merito, ne iudicium iurisdictionis turbetur, eorumque auctoritas vilipendatur.

IV. A censura generaliter ab homine lata, puta, per sententiam generalem, seu per modum statuti &c. sine prævia citatione speciali, omnes illi absolvi possunt, qui possunt à censura per jus lata, de quibus §. seq. Ita Palaus cit. supra citans plures alios. Ratio deducitur ex cap. ex frequentibus, de Instit. Ubi supponitur, excommunicationem contractam per sententiam generalem ab Archi-Episcopo latam, ab inferioribus Prælatibus absolvi posse: & hoc recte: quia inde non turbatur tribunal iudicis ferentis censuram huiusmodi; cum reus non fuerit nominatim citatus. Nec refert, quod cap. nuper, de sentent. excomm. solum concedatur aliis à ferente censuram, absolvi à censura iuris non reservata; censura autem, de qua hic loquimur, sit censura iudicis, non iuris. Contra enim est, quod censuræ per sententiam generalem ab homine late æquiparentur censuris iuris, veluti observat Herinx, Coninch. Navarrus, & alii.

§. III. Absolutio censuræ à iure late.

I. Absolutio iuris reservata regulariter absolvi potest solum is, cui est reservata, eius in Officio Successor, vel in ordinaria iurisdictione Superior, aut ab eis ad hoc delegatus. Patet ex vi, & natura reservationis, nec non ex dictis §. precedentibus huc de facili applicandis, ac demum ex Juris Canonici textibus. Dicitur est Regulariter: quia in articulo mortis omnes Sacerdotes, quoslibet poenitentes, à quibusvis peccatis, & censuris absolvi possunt, ut habet Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. & explicat Pater Patritius Sporer Theolog. Sacram. part. 3. cap. 6. sect. 1. num. 723. & seqq. quem vide.

II. A censura iuris non reservata quacunque, potest absolvi omnis ille, qui habet iurisdictionem Episcopalem, aut quasi talem, imò etiam Parochus, aliusque Sacerdos potens absolvi à peccatis mortalibus. Ita communis cum Doctore nostro Seraphico Divo Bonaventura in 4. dist. 18. art. 4. quæst. 6. & Scot. in 4. dist. 25. quæst. 1. Ratio est: Quia in cap. nuper. 29. de sentent. excomm. Innocentius III. dicit, excommunicatum excommunicatione minori à suo Episcopo, vel proprio sacerdote posse absolvi, hanc addens rationem, quia conditor Canonis ejus absoluteionem specialiter sibi non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Quæ ratio etiam currit de aliis censuris non reservatis: quia enim in citat. cap. Quædam censuræ excipiuntur, à quibus non conceditur Episcopis, & propriis Sacerdotibus absolvi, idcirco saltem implicite in aliis casibus id concessum esse videtur. Accedit, quod frustra Pontifices quædam censuras specialiter sibi reservant, si omnes æque forent reservatæ. Per proprium autem sacerdotem in cit. cap. nuper, intelligitur præsertim Parochus, cap. omnis utriusque sexus, de poenitentia, & remissione: ergo etiam Parochus potest à tali censura absolvi: & si Parochus possit, cur non quivis alius Sacerdos potens absolvi à mortalibus, quare etiam Regulares ab Ordinario ad confessiones audiendas approbati habent hanc potestatem absolventi ab huiusmodi excommunicatione à iure non reservata. Et quod de censura à iure non reservata diximus hic, idem dicendum de censura non reservata lata per statuta particularia Diocesis, & Provincialium, ex cit. cap. nuper, ut communis Doctorem sententia tenet apud Magistrum citat. quæst. 2. art. 5. numer. 70. Neque huiusmodi absolutio deservit solum pro foro interno conscientie,

scientiæ, sed etiam pro externo: Quia privilegia Principis sunt amplianda; & cum Papa in cit. cap. nuper. eam facultatem non restrinxerit ad forum tantum internum, etiam de externo capienda est, quod Jura præcipue respiciunt; sicque Confessarius poterit ab illis absolvi tam intra quam extra confessionem. Ita Palaus, Avila, Coninch. & Alii. Notat tamen P. Reiffenstuel lib. 5. Decret. tit. 39. numer. 247. Quod absolutio ab excommunicatione, & aliis censuris, facta à simplici Confessario, qui non est Superior censurati, pro foro externo non relevet, si excommunicatio est notoria, vel ad forum externum jam deducta, ut pro in taliter excommunicatus non obstante absoluteione à simplici Confessario sibi data, debeat se in foro externo gerere tamquam excommunicatum. Si tamen excommunicatio à iure, vel ab homine per Decretum, aut sententiam generalem lata, & non reservata sit occulta, potest absolvi ab ea per simplicem Confessarium, etiam publicè habere omnem communionem in Divinis, & politicis; uti cum aliis bene observat Layman lib. 1. tract. 5. c. 1. cap. 7. num. 7. Quis vero absolvi possit à censuris Bullæ Cœnæ, & aliis Summo Pontifici reservatis, tam Regulares, quam sæculares, dicitur infra, cum agemus de censuris in specie.

III. Ex his inferitur, quod habens facultatem absolventi à censura reservata, non possit illam semper exercere promissè in utroque foro tam inquam externo; quia nonnunquam talis facultas solum conceditur pro foro interno; quod iudicandum est ex forma concessionis, vel aliis circumstantiis. Cæterum si absolutio faciat pro solo foro interno, tunc, ut profit etiam in foro externo, necesse est, quod absolvens fidem de ea faciat, vel personali testificatione ante iudicem, vel per scripturam authenticam, in qua testetur de absoluteione, quam Scripturam consignet censurato coram testibus, & Tabellionis, qui in altera facie, fidem possint facere, illud Instrumentum esse talis Sacerdotis, &c. Ne autem videatur Signillum confessionis infringere, prius moueat poenitentem, eique dicat, ita necessarium esse, ut possit ei credi, censuram esse ablatam. Autem absolutio facta pro foro conscientie, semper etiam effectum habeat in foro externo, vide P. Sporer Theol. Sacrament. part. 3. cap. 6. Sect. 2. num. 744.

IV. Si censura reservata sit in Diocesi confessarii, non verò poenitentis, poenitentia à tali Confessario absolvi potest; nam aliàs ad quem esset mittendus poenitens? non ad proprium Episcopum, qui sibi censuram non reservavit: neque ad Episcopum loci, ubi constituitur, quia non est ipsius subditus. Proinde talis poenitentis censura habenda esset tunc pro non reservata; quia Episcopus Confessarii talem poenitentem non poterat sua reservatione comprehendere. La Croix lib. 6. part. 2. numer. 1631. de Casibus Reservatis ita scribit: Reservatio Episcopalis habet vim tantum intra Diocesis reservantis; hinc si Peregrinus habens Casum Reservatum, constituitur in Diocesi, ubi non est Reservatus, potest ibi à quovis approbato Confessario absolvi, sine onere sustentendi Iuo Episcopo, ut declarat Clemens X. Bulla: superna 21. Junii 1670. §. 7. qui tamen excipit Casum: nisi eisdem poenitentes noverit in fraudem Reservationis, ad alienam Diocesis pro absoluteione obtinenda migrasse; tunc enim Episcopus ipsius non censetur consentire. Et ibidem declarat, si Casus sit Reservatus in Diocesi, in qua Confessarius audit confessionem, talem Peregrinum non posse absolvi sine facultate huius Episcopi, quod certum est. Si Casus sit Reservatus in Diocesi tam Poenitentis, quam Confessarii: Si autem Casus non sic Reservatus in Diocesi Poenitentis, sed tantum in Diocesi Confessarii, de hoc Casu nihil expressè declarat Clemens X. Bulla cit. Nam tantum loquitur de veniente cum Casu in sua Diocesi Reservato. Plerique tamen cum Suarez, Lugo, Coninch. Bordonio, Marchant. & Aversa, putant, Confessarium hic non posse absolvi, & Diana dicit esse rem claram, quia Episcopus huius Diocesis directè sustulit illi iurisdictionem respectu talis peccati; quamvis Fagundes, & Stoer lib. 2. numer. 64. putent posse absolvi; tum quia Reservatio fit ab Episcopo non nisi in bonum propriæ Diocesis: ergo non nisi circa peccata suorum Diocesanorum: tum etiam, quia Confessarius viatorum absolvi per iurisdictionem ab Episcopo viatoris ex recepta consuetudine delegatur. Si tamen figeret hic quasi domicilium, tunc subsisteret etiam huic Episcopo, & deberet iudicari secundum Leges huius Diocesis. Ita La Croix cit. Denique habens potestatem absolventi à peccatis Reservatis, hoc ipso etiam censetur habere facultatem absolventi à censuris annexis. Ita Suarez de censur. disp. 7. Sect. 4. numer. 12,

Portel, Peyrinis, Lezana, & Alii apud nostrum P. Kerckhove in statuta General cap. 6. §. 22. numer. 98. nisi Prælati aliter se explicet, vel ex circumstantiis aliud colligatur. Ratio est: tum quia favores sunt ampliandi; censuræ autem, etiam si sint pœnæ, comprehendunt tamen possunt in communi modo loquendi, sub nomine Casus, sicut in Concilio Trident. sess. 24. cap. 6. Sub Facultate data Episcopis absolventi à Casibus occultis, ex omnium sententia, intelliguntur tam peccata, quam censuræ illis annexæ, tum quia concessio principalis, id est, casu, intelligitur concessio accessoria, id est, censura. Tum quia aliàs illa facultas esset inutilis; nam si censura maneret reservata, v. g. excommunicatio, habens facultatem absolventi à Casu Reservato, non posset uti hac sua potestate; cum peccatorum absolutio præsupponat absoluteionem à censuris.

§. IV. Forma Absolventi à Censuris.

Absolutio à censuris, cum dirigatur ad homines, adeoque fieri debeat humano modo, acquit præstari sola interna voluntate absolventi, sed necessarium est, intervenire aliquod signum sensibile externum, quod voluntatis sufficienter, expressivum. Vulgaris idem usus obtinuit, ut absolutio à censuris exprimatut verbis, aut scriptis; adeo ut alterutrum signum de iure ordinario communiter censetur spectare ad substantiam absoluteionis, eo quod alia signa sint valde incerta, veluti colligitur ex Clement. si Summus, de Sentent. excomm. Forma absolventi consueta est hæc: ego te absolvo à vinculo ver. gr. excommunicationis, suspensionis, interdicti, quam incurristi propter talem causam N. N. & (si sit excommunicatus) restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, aut (si sit suspensus executioni tuorum Ordinum, vel Officiorum, vel Beneficiorum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. In publica autem, & solemnibus absoluteionibus præmittitur Psalmus miserere, & ad singulos versus poenitentis humeri denudati leviter flagello percuntur (nisi ex iusta causa taliter cæceremonia videatur omittenda, qualis semper adest in foeminis) tum adjectis precibus absolvi. Ita statuitur cap. à nobis. 28. de sentent. excomm. Idem modus ferè servatur in absoluteione mortuorum, nisi, quod sepulchrum virga percuntur Vide Rituale Romanum. Omittere has cæceremonias sine iusta causa, est tantum veniale peccatum: La Croix lib. 7. num. 156. Porro in absoluteione à censuris exprimi debet Persona absolventis, Persona, quæ absolvi, & censura, à qua absolvi; nec tamen opus exprimere censuram ipsam determinatam, si intentio sit absolventi ab omnibus à quibus potest absolvi, & quibus ligatus est absolventus. Quod si pluribus sit ligatus, & ab una tantum absolvi intendat, nec eam designet, à nulla absolvetur: quia non est major ratio in tali casu, cur potius ab hac absolvat, & non ab alia.

II. Ad excommunicandum, vel absolventum ab excommunicatione (idem est de aliis censuris) non requiritur præsentia localis excommunicandi, vel absolventi. Communis DD. apud Magistrum citatum quæst. 2. art. 5. numer. 77. & patet ex praxi, qua videmus, & præsentem, & absentes excommunicari, & absolvi ab excommunicatione, & determinatur can. quarto 2. quæst. 3. Ratio est: quia pœna etiam in absente statui potest, & ab eo auferri. Non tamen expedit, absoluteionem sic conferri sine urgente causa: tum ob reverentiam censuratum, tum ob maiorem cautelam, & humiliationem censurati, si præsentem absolvi. Secus, si causa subit: ea propter bene faciunt Superiores Generales, quando in Capitulis generalibus universalem dant absoluteionem à censuris, eam etiam extendendo ad absentes. Idem dicit de Confessario, quando ex oblivione, aut inconsideratione non absolvi à censuris, eumque præsentem habere non potest, aut in casu, quo aliquid, quem absolviisset à censura, à qua absolventi non habuit potestatem; obrenta namque facultate valide absolvi poenitentem absente. Ubi notandum, quod absolutio data absenti ab habente potestatem ordinariam, habet effectum ab instanti, quo datur ab absolvente, non verò modò in instanti, quo notitia absoluteionis pervenit ad absolutum: quia censura dependet à sola voluntate illam ferentis: ergo etiam ab ipso præcisè voluntate potest tolli. Si verò absolutio à censura data sit ab habente privilegium absolventi, non valet tunc quando datur absenti, sed quando notitia absoluteionis pervenit ad absolventum, & hic illam acceptat, quia usus privilegii dependet à voluntate illo utentis. Magistrum cit. num. 77.

III. Ex parte absolventi à censura requiruntur tres conditiones: